



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

XCVIII. De privata nominis Piorum operariorum in favorem Congregationis  
hujus nominis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

ANNO  
1726.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

219

ANNO  
1726.

deputatorum jam translati fuerunt se intra termi-  
num duorum Mensium, ac si alicui Conventui  
Provincia, aut aliarum Congregationum ad-  
filiati minime forent, esse compellendos ad re-  
deundum ad praedictam Congregationem Sancti  
Joannis de Carbonaria; auctoritate Apostolica,  
tenore praesentium decernimus, & declaramus,  
ac statuimus, & ordinamus.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis,  
ad quos spectat, & pro tempore quandocumque  
spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in pra-  
missis per quoquaque Judices ordinarios, & De-  
legatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,  
judicari, & definiri debere; ac irritum, &  
inane, si fecus super his a quoquaque quavis auto-  
ritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-  
tari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ne-  
non quatenus opus sit quarumcumque Provinciarum, & Congregationum, aliisque quibusvis etiam  
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmitate alias roboratis, Statutis, & consuetudinibus;  
privilegiis quoque, Indultis, & Literis  
Apostolicis in contrarium praemissorum quomo-  
dolibet concessis, confirmatis, & innovatis.  
Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores  
praesentibus pro plene, & sufficienter expressis,  
ad verbum insertis habentes, illis alias in suo  
robore permansiris, ad praemissorum effectum,  
hac vice dumtaxat consequendum harum serie absolventes,  
& absolutas fore cententes, supplicationibus  
eorum nomine Nobis super hoc humiliter  
porrectis inclinati, Decretum praesertim au-  
toritate Apostolica, tenore praesentium appro-  
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis  
Apostolicae firmitatis robur adjicimus; Salva  
tamen semper in praemissis auctoritate praedictarum  
Congregationis Cardinalium.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis,  
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici  
subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Di-  
gnitate constituta munitis, eadem prorsus fides  
ubique locorum tam in judicio, quam extra illud  
habeatur, qua ipsis praesentibus haberetur,  
si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo  
Piscatoris die XXIX. Maii MDCCXXVI. Pontificatus  
Nostrum Anno Secundo.

XCVIII.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum  
Regularium, in favorem Piorum Operariorum  
emanatum de privativa circa nomen Piorum  
Operariorum.

Clem. XI. Conf. ed. 1712. Jan. 3. P. 12. concessa  
fuit Congregat. eorumdem Ecclesia, & Collegium  
S. Mariae Montium de Urbe.

Dat. 3. Junii  
1726. An. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio fa-  
cti.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum  
Presbyterorum Secularium Congregationis  
Piorum Operariorum nuncupatorum Congre-  
gationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E.  
Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, &  
Regularium praeposta, exposito,  
quod cum ipsi ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum die 14. Mensis Martii proxime  
prateriti obtinuerint non licere alicui extra  
praedictam Congregationem sibi nomen Operariorum assumere, ipsi Exponentes, quo ejusdem  
Decreti effectu frui possent, & nemo deinceps nomen hujusmodi, quemadmodum alias  
cum magno eorumdem Exponentium estimatio-  
nis detrimento contingit, sibi attribui auderet,  
aliquas penas tam spirituales, quam temporales eidem Congregationi Cardinalium beneficas  
ejusmodi Decreto adjicere summopere cupiebant,

Bullarii Rom. Contin. Pars VII.

emanavit a praedicta Congregatione Cardinalium  
Decretum tenoris sequentis, videlicet:

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum, &  
Reverendissimorum Sancte Romana Ecclesiae Cardina-  
lium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, &  
Regularium praeposta, attentis narratis, fletis in  
Decisis sub dicta die 14. Martii prateriti, nempe  
Non licere alicui extra dictam Congregationem sibi  
nomen Piorum Operariorum assumere, proindeque  
injungendum censuit locorum Ordinariis, prout per  
praesentes injungitur, quatenus eandem resolutionem  
in propria Diocesis sub penitabili arbitrandis,  
servari mandent. Rome 10. Maii 1726. I. B. Card.  
Devia P. A. Archiepisc. Larissa Secretarius.

§. 3. Cum autem sicut dicti Exponentes No-  
bis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hu-  
iusmodi pro firmiori illius subsistencia, Apo-  
stolica Confirmationis nostra patrocinio com-  
muniri plurimum desiderent: Nos ipsos Expo-  
nentes specialibus favoribus, & gratiis proequi  
volentes, & eorum singulares personas a qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis, & In-  
terdicti, aliquique Ecclesiasticis sententiis, cen-  
suriis, & penitis a jure, vel ab homine quavis oc-  
casione, vel causa latissima, si quibus quomodoli-  
ber innodatae existente ad effectum praesentium  
dumtaxat consequendum harum serie absolventes,  
& absolutas fore cententes, supplicationibus  
eorum nomine Nobis super hoc humiliter  
porrectis inclinati, Decretum praesertim au-  
toritate Apostolica, tenore praesentium appro-  
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis  
Apostolicae firmitatis robur adjicimus; Salva  
tamen semper in praemissis auctoritate praedictarum  
Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &  
pro tempore spectabit plenissime suffragari, &  
ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque  
in praemissis per quoquaque Judices Ordinarios,  
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici  
Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum,  
& inane, si fecus super his a quoquaque quavis  
avis auctoritate scienter, vel ignoranter conti-  
genit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra-  
riis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod praesentium li-  
terarum transumptis, seu exemplis, eriam im-  
pressis, manu alicuius Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate  
constitute munitis, eadem prorsus fides ubique  
locorum, tam in Judicio, quam extra illud ha-  
beatur, qua ipsi praesentibus haberetur, si fo-  
rent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo  
Piscatoris die III. Junii MDCCXXVI. Pontificatus  
Nostrum Anno Tertio.

Confirmantur Literæ Pauli V. super electione  
Abbatis Generalis Ordinis S. Basillii Magni ad  
sexennium dumtaxat.

Hac de re vid. præd. Conf. Pauli V. ed. 1620. Maii  
15. P. 1. quæ hic citatur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii  
moderni Abbates, & Monachi Ordini  
Sancti Basillii Magni, quod dudum fel. rec.  
Paulo PP. V. Praedecessori nostro pro parte  
tunc existentium Superiorum, & Monachorum

Decretum  
præd.; quo  
sunt certis  
penitie prohi-  
bitur cui-  
cumque ex-  
tra Congr.  
Piorum Ope-  
rarii no-  
men Pii Ope-  
rarii assu-  
me-

Confirmatio  
relati Decreti.

Clausula.

Fides ha-  
benda tran-  
sumptis.

XCIX.

Dat. 12. Jun.  
1726. An. 3.

Expositio  
Facti.